

Johann Christian Burgmann

**Rostochiensis Academiae Rector, Ioannes Christian. Bvrgmann ... Matronae ...
Dominae Annae Natae Kortholten, Viri ... Domini Ioach. Lindemanni, Philos. Et S.
Theol. Doctoris ... Vidvae Post Fata Mariti Svpra XLIV Annos Svperstiti, Qvae Die
VI. Martii A. M D CCXLIII. Placide Decessit, Ivsta Persolvit, Matronae Optimae
Memoriam Conservatvrvs Intemeratam, Et Filio Vnico ... Solamen Comprecavvs
Divinvm**

Rostochii: Typis Ioann. Iacob. Adleri, [1743]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1794881271>

Druck Freier  Zugang





Circa 80 Proboten Proctor-Programme, meist
Fotokopieen in Proboten Längsrollen Familien bzw.
Größen Heile und dem nächsten Jahreskündert.
Originalstift geworden.

Litr. A - H.

Im Juni 1859 und dem Neufuß des Graf. Hofwart Piper
zu Güstrow erworben.

(Zinn und die Familien v. Klein, v. Kravitz u. a.)

82 Stücke

Mklb Gen

2/3I-40



Revis.
1833.

F. A. Aepinus, + 1758.

A. Ahrend, + 1730.

Anna Kohl, n. Ampel, + 1709.

Cath. Ampel, vid. Kleinpi, + 1725.

Magd. Brand, ux. O. P. Möleri, + 1733.

J. H. Balke, + 1778.

J. H. Becker, + 1774.

P. Becker, + 1753.

J. J. Bentzen, + 1725.

Cath. Marg. Besselin, vid. Jac. Burgmann, + 1731.

Just. Reg. Besselin et Ann. U. Hever, vid.

Ch. M. Hever, Roff, + 1742.

V. J. Besselin, + 1755.

Cath. Bloeksdorff, vid. Viet. Puffen,

+ 1715.

Cath. Burchard, n. Bourgund, + 1740.

Ch. M. Burchard, + 1742.

Jac. Burgmann, + 1724.

J. H. Burgmann, + 1746.

J. P. Burgmann, + 1775.

J. Carmon, + 1743.

J. H. Carstens, + 1731.

J. F. Celle, + 1729.

P. Ciese, + 1746.

Ann. Cath. Coeh, + 1726.

G. Crause, + 1723.

Ch. Crule, + 1748.

J. F. Crull, + 1757.

J. A. Curtius, + 1740.

J. Ch. Dancwarth, + 1755.

Anna Decker, conj. Meinauni, + 1739.

G. Deharding, + 1747.

Geor. Jul. Dittmar, ux. J. Carmon.

Ag. Doercks, conj. F. A. Aepini, + 1736.

Ch. Doercks, marim. Nettelblatt, + 1753.

Marg. Doercks, marim. Lief, + 1755.

J. A. Duve, + 1728.

Ann. Soph. Eggerdes, ux. G. Ch. Handwigen,

+ 1743.

Matth. Joh. Eggerdes, + 1718.

Matth. Hinr. Eggerdes, + 1722.

J. L. Engel, + 1758.

H. A. Engelen, + 1734.

H. Ch. Engelen, + 1742.

J. F. Eyllers, + 1749.

Chr. Ed. Forster, vid. Ch. R. Holten, + 1734.

Cath. Chr. Fischer, vid. A. Willebrandt,

+ 1742.

Hel. de Klein, nat. Gerdjen, + 1730.

P. Gerling, + 1778.

H. Goltermann, + 1733.

Ann. El. Groth, vid. Krauel, + 1739.

Alb. Heins, + 1733.

Matth. Ben. Hering, + 1750.

G. Herkepaus, + 1745.

Cath. Mar. Eyler, geb. Kitten, + 1756.

Ann. Soph. Kolsten, conj. J. D. Spalding, + 1740.

El. Kopp, norm. Crull, + 1766.

Ann. Hedro. Korn, conj. V. J. Bepelin, + 1730.

El. J. Jörck, + 1728.

Joh. Joach. Jörck, + 1729.

P. Chr. Kämpfer, + 1755.

Joh. de Klein, + 1732.

Wend. Kleinschmidt, vid. J. J. Bepelin,
+ 1726.

Ann. Marg. Knefbeck, conj. H. Golden-
mann, + 1738.

A. L. Knefbeck, norm. Hoppen, + 1747.

D. H. Koepcken, + 1731.

G. W. Koepcken, + 1732.

F. E. Kohl, + 1738.

Anna Kortholt, vid. J. Lindemanni,
+ 1743.

A. J. v. Krackevitz, + 1732.

J. Krauel, + 1750.

73
ROSTOCHIENSIS ACADEMIAE RECTOR,
IOANNES CHRISTIAN. BVRGMANN,
S. S. THEOL. DOCT. ET PROFESS. P. AD AED. SP. S. PASTOR,
MATRONAE PRAENOBILISSIMAE, PIETATE
TE NON MINVS PRAESTANTI, QVAM
SVI SEXVS VIRTVTIBVS INSIGNI,

**DOMINAE
ANNAE**

NATAE KORTHOLTEN,
VIRI QVONDAM SVMMVM REVERENDI, AMPLISSIMI
ATQVE EXCELLENTISSIMI,

**DOMINI
IOACH. LINDEMANNI,**

PHILOS. ET S. THEOL. DOCTORIS, NEC NON METAPH.
AC PHYS. PROFESS. PVBL. INCLYTI, AD AED. D. MARIAE
ARCHIDIACONI MERITISSIMI,

**VIDVAE POST FATA MARITI SV-
PRA XLIV ANNOS SVPERSTITI,**

**QVAE DIE VI. MARTII A. c1515ccxliii,
PLACIDE DECESSIT,
IVSTA PERSOLVIT,**

MATRONAE OPTIMAE MEMORIAM

CONSERVATVRVS INTEMERATAM,
ET FILIO VNICO, CETERISQVE HINC CONSANGVINI-
TATE, HINC ADFINITATE B. DEFVNCTAE CONIVNCTIS,
SOLAMEN COMPRECATVS DIVINVM.

ROSTOCHII,
TYPIS IOANN. IACOB. ADLERI, SEREN. PRINC. ET ACAD. TYPOGRAPHI



upernaturali reuelationi Sacris litteris comprehensae, quam admirabilis supremi Numinis gratia, in Mediatore DEum inter atque homines, miseris indulfit mortalibus, cum omnem adeptam referunt solidam consolationem, qua sustentantur, christiani, tum illam maxime, qua in futuri beatique saeculi spem eriguntur. Argumentis quidem probabilibus, nec contemnendis, ratio sibi relicta, animorum perennitatem & vitam sempiternam ostendit; non autem inuicte persuadet omnibus, siue quod ratiocinia humana aliquanto sint a certitudine remotiora, siue quod demonstrationum vim & ambages perspicere plerisque sit negatum. Tantum abest, ut separatam animarum statum sedemque, & corporis resurrectionem, quae felicitatis futurae partem haud postremam constituunt, ingenio & acumine consequantur philosophi. Distinguuntur hoc nomine a Thessalonicensibus, quibus euangelium a PAVLO annuntiatum erat, & in eo, quae post obitum christiani sibi polliceri queant, promissa, *οι λοιποι οι μη εχοντες ελπίδα*, hoc est, ethnici, sicut reuelationis lumine, ita melioris vitae spe vel omni vel certa destituti, 1 *Thesal. IV. 13*. Dispar enim gentilium fuit ratio. Quidam alteri diffidebant aevo & desperabant, siue ignorantia, siue incuria, siue incredulitate laborantes. CAESAR rogatus sententiam a Consule, publice haec inter alia recitat: *possumus dicere id, quod res habet, in luctu, atque miseris, mortem aerumnarum requiem, non cruciatum esse, eam cuncta mortalium mala dissoluere, ultra neque curae, neque gaudio locum esse.* (a) HADRIANI imperatoris, quos moriens fecisse dicitur, teste AELIO SPARTIANO, non ignoti sunt versus:

*Animula vagula, blandula
hospes, comesque corporis,
quae nunc abibis in loca,
pallidula, rigida, nudula;
nec ut soles, dabis iocos* (b)

CAECILIUS NATALIS, paganus adhuc, postquam inter monstra & portenta retulerat a christianis confecta, doctrinam de prouidentia diuina, mundique ruina & incendio, subiicit (c) *Nec hac furiosa opinione contenti, anibes fabulas adstruunt & adnectunt. Renasci se ferunt post mortem, & cineres & fauillas: & nescio qua fiducia mendaciis suis inuicem credunt. Putes eos iam reuixisse. Anceps malum & gemina dementia! coelo & astris, quae sic relinquimus ut inuenimus, interitum denuntiare: sibi mortuis & extinctis, qui sicut nascimur, & interimus, aeternitatem repromittere. Hoc errore decepti beatam sibi, ut bonis, & perpetem vitam mortuis pollicentur: coeteris, ut iniustis, poenam sempiternam.* - - *Tanta aetas abiit saecula innumera*

(a) SALLVSTIVS *Catilin. C. LI. Opp. p. m 21.*

(b) vid. AELIVS SPARTIANVS HADRIANO *C. XXV. Historiae Augustae Scriptor. p. 30. 31.*

(c) Comp. MINVCII FELICIS OCTAVIVS *C. XI. p. 33. 34.*

innumera fluxerunt, quis vnus vllus ab inferis, vel Protefilai sorte, remeavit, horarum saltem permissio commeatu, vel vt exemplo crederemus? omnia ista figmenta male sanae opinionis: & inepta solatia, a poetis fallacibus in dulcedine carminis lusa, a vobis nimium credulis in DEum vestrum turpiter reformata sunt. Paulo rectius sapuerunt alii, qui de vita post hanc vitam & percontari non omiserunt, & bene sperarunt, saltem opinione credula se produxerunt. Ponitur in laudibus MARCI ANTONINI Philosophi, Imperatoris, quod de statu defunctorum intra quinquennium quaeri iusserit. (d) Neque dissimulari potest, adeo praeclare de mortuorum sorte haud raro differuisse sapientes nonnullos, vt christianis paria facere videantur, praesertim cum, Poëtarum commentis explosis, (e) incertis certa dignoscere putandi sint. Sed dictis ipsorum curatius expensis, & inuicem comparatis, haud difficulter intelligitur, quam parum sibi constent, (f) quantum a firma animi persuasione absint. Non solum enim titubanter & haesitanter quandoque loquuntur, verum etiam, quae vna largiuntur manu, altera vicissim subtrahunt. Mortem describunt tamquam finem omnium malorum; sed si causam requiras, non aliam adlegant, quam quia post mortem nil amplius sentiamus, vel omnino non existamus. SENECA, qui statum post mortem toties in leuamen & subsidium adhibet, instar omnium esse potest. Is MARCIAM consolaturus inquit: *Excessit filius tuus terminos, intra quos seruitur. Exceptit illum magna & aeterna pax: non paupertatis metu, non diuitiarum cura, non libidinis per voluptatem animos carpentis stimulis incessitur, non inuidia felicitatis alienae tangitur, nec suae premitur, nec conuiciis quidem vllis verecundae aures verberantur; nulla publica clades conspicitur, nulla priua a: non sollicitus futuri pendet ex euentu, semper in deteriora dependenti. Tandem ibi constitit, vnde nil eum pellat, vbi nil terreat. Egregia, si in verbis haereas; sed lubrica & inania, si ad principia, ex quibus deriuantur, illa reuocas. Mors, ait, omnium dolorum & solutio est & finis: vltra quem mala nostra non exeunt, quae nos in illam tranquillitatem, in qua, antequam nasceremur, iacimus, reponit. Si mortuorum aliquis miseretur, & non natorum misereatur. Mors nec bonum nec malum est. Id enim potest aut bonum aut malum esse, quod aliquid est: quod vero ipsum nihil est, & omnia in nihilum redigit, nulli nos fortunae tradit.* (g) Idem alibi repetit & saepius inculcat. (h) Felicitatem defunctorum, qua in sedibus & consortiis beatorum perfruuntur, nonnumquam depraedicant & extollunt; sed nil de iisdem se compertum habere, deinceps confitentur. *Ad excelsa*

A 2

11012

- (d) IULIVS CAPITOLINVS Marc. Anton. Philos. C. X. Scriptor. hist. Aug. p. 67.
 (e) Nullas scimus imminere tenebras, nec carcerem, nec flumina flagrantia igne, nec obliuionis amnem, nec tribunalia, nec reos ullos in illa libertate tam laxa: nullos iterum tyrannos. Luserunt ista poëtae, & variis nos agitauere terroribus. Verba habes SENECAE Consol. ad MARCIAM C. XIX. p. 122. edit. Lipsii. Iungatur CICERO Tuscul. quaest. L. I. Opp. p. 1109. 1110.
 (f) Notauit inconstantiam IVSTVS LIPSIVS Physiolog stoicor. Libro III. Dissert. XI. p. 169.
 (g) Consol. ad MARCIAM C. XIX. p. 122.
 (h) SENECA Epist. LIV. p. 474. Mortem diu expertus sum. Quando, inquis, antequam nascerer. Mors est, non esse id quod ante fuit. Hoc erit post me, quod ante fuit. Add. Epist. LXXV. sub finem p. 495.

sublatus inter felices currit animas, de filio MARCIAE pronunciat SENECA, (i) excipitque illum caetus sacer, Scipiones, Catonesque, utique contemptores vitae, & mortis beneficio, liberi. Parens tuus, Marcia, illic nepotem suum, quamquam illic omnibus omne cognatum est, applicat sibi, noua luce gaudentem & vicinorum siderum meatus docet. Idem POLYBIO fratris obitum dolenti in mentem reuocat: Ne inuideris fratri tuo: quiescit, tandem liber, tandem tutus, tandem aeternus est. Fruitur nunc aperto & libero coelo, ex humili atque depresso, in eum emicuit locus, quisquis ille est, qui solutas vinculis animas beato recipit sinu: & nunc libere vagatur, omniaque rerum naturae bona cum summa voluptate perspicit. Dubitat autem de his omnibus, (k) & fluctuat: Cogitemus, Lucili carissime, cito nos eo peruenturos, quo illum peruenisse maeremus. Et fortasse (si modo sapientum vera fama est, recipitque nos locus aliquis) quem putamus perisse, praemissus est. Alibi: nesciam, quo hinc iturus sim? quae sedes expectet animam, solutam legibus seruitutis humanae? Animas post mortem superare, subinde inculcant, diem istum, quem tamquam extremum reformidamus, aeterni natalem esse, horam illam decretoriam non esse animo supremam, sed corpori, (l) Sed multum his detrahunt, dum animam non tam aeternam, quam longaeuam esse, contendunt, & durationem illius non ultra Ecpyrosin illam siue conflagrationem per aeones & periodos euenturam, proferunt. Hac enim ut omnia resolui & ad initia sua reuerti credunt; sic & hominum animas ad mundi animam, id est, ad Iouem. Ingeniose CICERO, (n) Stoici usuram nobis largiuntur, tamquam cornicibus: diu mansuros aiunt animos, semper negant. Hoc sensu capienda sunt, quae SENECA (o) habet: Quod si tanta cupiditas longioris aevi te tenet, cogita nihil eorum, quae ab oculis abeunt, & in rerum naturam, ex qua prodierunt, ac mox processura sunt, reconduntur, consumi. Desinunt ista, non pereunt. Et mors, quam pertimescimus ac recusamus, intermittit vitam, non eripit. Veniet iterum, qui nos in lucem reponat dies. Accedit, quod animorum perennitatem nullis idoneis rationibus vel ab aliis munitam esse, vel a se perfici posse, diserte concedant, sed ad solum consensum confugiant, & tandem in incerto cuncta statuunt & relinquunt. Iuuabat, ait, SENECA, (p) de veritate animorum quaerere, imo mehercule credere. Credebam enim facile opinionibus magnorum virorum, rem gratissimam promittentium magis, quam probantium. Veritatis argumentum habet igitur consensum hominum, in quo adquietandum ipsi sit: Cum de animarum aeternitate differimus, non leue momentum apud nos habet consensus hominum, aut timentium inferos aut colentium. Idem urget (q) CICERO: permanere animos arbitramur consensu nationum omnium. Quantum ad veteres, eos rationes & causas rerum non tenuisse, & rationem sententiae suae non fere reddidisse, testata.

(i) *Consol. ad Marciam C. XXV. p. 128. Consol. ad POLYBIUM C. XXVIII. p. 97.*

(k) *Epist. LXIII. sub fin. p. 491. Epist. LXV. p. 494.*

(l) *Epist. CII. p. 622. 623.*

(m) *LIPSIVS Physiol. stoicor. L. III. Diff. XI. p. 170.*

(n) *Tuscul. quaest. L. I. Opp. p. 1114.*

(o) *Epist. XXXVI. p. 448.*

(p) *Epist. CII. p. 620. Epist. CXVII. p. 655.*

(q) *Tusculan. quaest. L. I. Opp. p. m. 1108. 1109. 1110.*

statur, & totam ideo spem immortalitatis relinquit. PLATONEM saepius euoluisse se, confirmat, sed, addit, nescio quo modo, dum lego, assentior: cum posui librum & mecum ipse de immortalitate animorum coepi cogitare, assensio omnis illa elabitur. Miseros gentiles, qui exigua & pertenui, imo nulla propemodum vitae post hanc vitam spe ducuntur! Temerarios & imprudentes homines, qui in ratione & intelligentia, in solertia & perspicacitate sua triumphant, quae subinde illos destituit aut deludit: quae in praecipuis, summique momenti veritatibus haeret, quo se vertat, nescia, saltem nil certi constituens & definiens! Felices nos christianos, qui per consolationem scripturarum spem Rom. XV. 4. promissionemque vitae praesentis & futurae 1 Tim. IV. 8. habemus! Benedictus DEVS & Pater Domini nostri IESV CHRISTI, qui iuxta multam suam misericordiam regenerauit nos in spem viuam per resurrectionem IESV CHRISTI ex mortuis in haereditatem incorruptibilem & immaculatam & immarcessibilem, seruata in coelis in nos. Qui per virtutem DEI custodimur per fidem in salutem paratam, vt reueletur in tempore extremo! 1 Petr. I. 3. 4. 5.

In hac spe fuit per DEI gratiam, vixit & obiit, cuius supremis honoribus haec scriptio dicata est, Matrona praenobilissima & pientissima, Domina ANNA, ortu KORTHOLTEN, Viri olim Summe Reuerendi, Amplissimi atque Excellentissimi, Domini JOACHIMI LINDEMANNI, Philos. & S. Theol. D. vt & Metaph. ac Phys. Profess. P. O. famigeratissimi, ad D. Mariae aedem Archidiaconi vigilantissimi, relicta Vidua, quae decimo abhinc die ad meliores abiit. Tanta BEATA cum maiorum, consanguineorum, & adfinium enitet laude, tum propriae virtutis, probitatis, & prolis ex se natae eminet gloria, quam condigne recensere nec temporis nec plagulae permittit spatium. Primae tantum lineae duci nunc possunt, & praecipua quaedam capita summatim attingi vel delibari. Edita est in lucem A. MDCCCLXVI. d. XXVII. Nouembris Kilonii, PATREMOVE venerata CHRISTIANVM KORTHOLTVM, Virum de Ecclesia Euangelica ore, opere, scriptisque meritissimum, Philos. & Theol. Doctorem, initio Graecar. Litter. in hac Alma Profess. P. O., vt docet *Etwas von gelehrten Rostockschen Sachen A. MDCCXXXVII. p. 411.*; post inclutae Academiae CHRISTIAN - ALBERTINAE Profess. Theol. Primarium, Procancellarium, & sub vitae finem Pro - Rectorem Magnificum, A. MDCCXCIV. d. II. April defunctum. Theologi huius consummati memoriam Pro-Rector & Senatus Acad. Kiloniensis Programme; JOACH. LINDEMANN, Profess. Rostoch., beati gener, Oratione panegyrica; GABRIEL WEDDERKOP, Ecclesiastes Kiloniensis concione funebri, typis excusis, tam copiose & luculenter persecuti sunt, vt commemoratione noua supersedere queam. Instauratam eam legas in *Etwas l. c. p. 529. sqq.* MATREM exosculata est Beata ANNAM KIRCHOFFEN, Rostochii & natam & KORTHOLTO A. MDCCCLXIV. die XXVI. April. matrimoniali foedere coniunctam. AVVS MATERNVS fuit HENRICVS KIRCHOFF, Duisburgensis, Rostochii, vbi sedem fixerat, inter aeui sui ielues & negotiatores primarios recensitus. AVIA MATERNA fuit ANNA, Filia CLAVS BLÜTEN, Ciuis & Cereuisiarii Spectatissimi, vidua HELMERS, quae post mortem HELMERI, ex quo susceperat MARGARE-

B TAM,

TAM, Consulis Rostochiensis Senioris inclyti; DIETERICI WOLFFRATHS, coniugem, ad noua vota transiit cum HENRICO KIRCHOFIO, eique praeter HENRICVM KIRCHOFF, Mercatorem Hamburgensem, & ELISABETAM, vxorem JOANNIS EGGERS, Rostochiensis negotiatoris florentissimi, peperit, *beatae* Matrem, ANNAM. Ab Auia & Matre nomen ANNAE adcepit *beata*, cum ad vitam Spiritualem, naturalem vix adepta, regeneraretur lauacro aquae in verbo, prouidentibus Parentibus. Sed paullo post neptem primo-genitam sibi vindicauit Auia materna (A. c1713ccxiii, m. Jan. demortua demum) Kilonioque Rostochium deductam ad honestatem, pietatem, omniumque, quae sexum exornant sequiorem, virtutum artiumque complexum tam feliciter formauit, vt Virginem hanc corporis forma, animique indole & dotibus Commendatissimam ambiret, M. JOACH. LINDEMANNVS, Archidiac. Marianus, post simul Theol. Doctor & Metaphys. Physicesque Professor, cui Auiae quoque & Parentum consensu A. c1713clxxxviii. d. II. Septembr. desponsauit, & d. xxv. Octobr. elocauit *beatam*, Coniugis Suae Sororis Filiam laudatus Consul WOLFFRATH. Vixit cum marito concordissime & suauissime, eumque quatuor liberorum, vnus filiae, trium filiorum, fecit Patrem, quorum haec est series.

- I. ANNA ELISABETA, Virgo gratis & virtutibus abundantissima, nata c1713clxxxix. d. i. Novembr., in aetatis flore extincta A. c1713ccxiii. d. i. Junii. Parentauit ei Progr. Exequ. A. c1713ccxiii. d. ix. Junii dato, Magnif. t. t. Acad. Rostoch. Rector, Perillustis quondam JOANNES de KLEIN.
- II. JOACHIMVS CHRISTIANVS, natus A. c1713ccxii. d. iv. Octobr.; denatus d. xix. Octobr. eiusdem anni.
- III. IOACHIMVS HENRICVS, natus A. c1713ccxciv. d. xxviii. Decembr.; denatus A. c1713ccxcv. d. iii. Ianuar.
- IV. IOANNES CASPARVS, natus A. c1713ccxcvii. d. xxv. Iunii, Philosophiae Magister praeclarissimus, Vir ad maiora factus, solidaque eruditione instructus.

Defuit autem matrimonio huic alioquin iucundissimo praecipua, quam coniuges animo non minus quam corpore vere coniuncti, sibi votis paciscuntur, felicitas, diuturnitatem puto. Nam decennio vix exacto, A. c1713ccxcviii. d. xiv. Decemb. praeter opinionem, maritus dilectissimus, D. IOACH. LINDEMANNVS, Vir doctissimus & facundissimus, quem musa vetat mori, mortalitati subductus & *beatae* ereptus est. Depraedicant merita celeberrimi Viri Programma inaugurale a Decano Fac. Theol. D. ANDR. DANIELE HABICHORSTIO, A. c1713ccxcv; & bina Programmata funebria ab Acad. Rost. t. t. Rectore Magnifico, D. MATTHIA STEIN, Icto & Ampliff. Facultate Philos. d. xxix. Decembr. A. c1713ccxcix. consignata. Quot, quantaque ab hoc tempore *beatae* subeunda fuerint incommoda, quotquot viduarum non ignorant sortem, haud difficulter arbitrantur. Neque tamen haec calamitas sola fuit, sed sibi plures socias adsciuit. Non repetam, quae de auiae, Parentis, & trium liberorum obitu memorata sunt; nec recitabo, quae iniuria temporum ei adtulit, damna.

damna. Iacturam tantum trigae Fratrum charissimorum, quos beata praemisit, subiungam. Amisit enim A. c1810ccxxix. Suerini natu maximum, HENRICVM CHRISTIANVM KORTHOLTVM, Medicum experientissimum practicumque felicissimum: MATTHIAM NICOLAVM KORTHOLTVM, Eloquentiae ac Poëseos Professore, nec non Bibliothecae Academicae praefectum A. c1810c cxxv. d. xv. April. extinctum, & ab Academiae Ludouicianae Rectore D. IOANNE CONRADO ARNOLDI Programmate Giesae d. xix. April. publicato laudatum: IOELEM IOANNEM KORTHOLTVM, I. V. Candidatum eximium A. c1810ccxxix. mortuum. Diuina tamen misericordia beatam haud prorsus destituit; sed eidem conseruauit Filium unicum, Praecellentissimum & Praeclarissimum Dominum Magistrum IOANNEM CASPARVM LINDEMANNVM, quem in oculis ferebat, & a suo conspectu & commercio dimittere nolebat; Fratrem unicum, Dominum SEBASTIANVM KORTHOLTVM, Academiae Kiloniensis Seniore celebratissimum & Professore Philos. Primarium, Vniuersitatis Kiloniensis, & orbis litterati verissimum ornamentum; Sorores tres: AVGVSTAM CATHARINAM, b. GEORGII PASCHII, Professoris quondam Kiloniensis inclyti, viduam superstitem probitate & virtutibus conspicuam; SOPHIAM MAGARETAM, virginem coelibit vitae addictam, & laude quauis exornatam: MARIAM CHRISTINAM, Illustris Viri, Domini IOANN. FRIDERICI THIELCKEN, Cancellariae iustitiae Sueriensis Directoris, longe meritissimi, Coniugem Suauissimam, Matronam praestantissimam. Principem tamen spem ac consolationem beata repetiit a Diuina prouidentia & gratia, cui se fide immota tradidit, pietate minime fucata & charitate erga DEVM & proximum fiduciam cordis exserens, & demonstrans. DEO priuatim indefessis precibus, verbique scripti assidua lectione se consecrauit: publicum autem cultum, conciones sacras, Dominicales & hebdomadarias, imo & preces statas, haud facile, quamdiu per valetudinem licuit, deseruit & neglexit. Quo magis aetas & morbus, cum quo per quatuor hebdomades conflictata est, increbuit viresque sumsit, eo ardentius & enixius vitae necisque Arbitro se commendauit, & spe futurae gloriae animum confirmauit. Sed praestat id Viri Plurimi Reuerendi atque Praecellentissimi, Domini M. IOACHIMI WILHELMII GERLINGII, ad aed. D. Mariae Pastoris religiosissimi & vigilantissimi, Collegae mei aestimatissimi, verbis explicare, quam meis.

Memoriam piorum cum ipsa diuina Prouidentia in benedictione seruare satis antelligat; a me ad seruandam memoriam Praestantissimae Matronae, cuius Exequia hodie parantur, quidquam scribi supervacaneum duxi, certissime persuasus, eam in multorum animis fore indelebilem. Rogatus tamen, ne mori adhuc consueto resisterem, de egressu b. Defunctae ex hoc mundo quadam notabo. De vita enim antea, jamque ex adfistente DEI gratia beate transacta, multa enarrare non reor opus esse, cum nemo sit in Urbe cui non constet illam fuisse piam & verbis Paulinis 1 Tim. V. 5. exacte conformem. Ad ultimum autem vita terminum quod attinet, cupidus Lector sciat: ultima respondisse primis. Beata enim Matrona non agritudinem tantum, qua cum luctabatur, animo submisso atque DEO dedito ferre sed et beneficia Sibi in totius vitae curriculo a diuina clementia largiter collata, summis depradicare laudibus ex Spiritus Sancti gratia valebat. Praeprimis temporis praesentis, quod memoria IESU crucifixi est dicatum, non sine animi gaudio reminiscens, passionem ac

*mortem Servatoris meritoriam Sibi viva applicare fide ad ultimum usque habitum serio ad-
nitebatur, sapius dicens: sese misericordiam DEI erga miserum genus humanum, in morte
Servatoris superflue demonstratam, nunquam satis mirari pariter atque venerari potuisse.
Talibus cogitationibus Matrona aetate gravis & venerabilis, sepositis curis domesticis, mortis
instanti obviam properans, praevia Sacrae Coenae fruitione & benedictione sacerdotali, ani-
mam Christi sanguine partam, fiducia plena Servatori reddidit, quoad corpus latam ex-
pectans resurrectionem.*

Vt de morbi genere, quo Matrona beata decubuit & occu-
buit, constet quoque, subiicienda sunt, quae Vir Experientissimus
atque Excellentissimus, Dominus GVSTAVVS CHRISTIANVS
HANDWIGIVS, Medic. Doctor & Profess. Publ. Ordinarius fami-
geratissimus, Facultatis Medicae h. Decanus Spectabilissimus, & Me-
dicinae Practicus dexterrimus, Collega noster honoratissimus, nobis
cum communicavit.

*Haeret iam in complexu Salvatoris sui beata nostra LINDEMANNIA, Ma-
trona, omnibus dum viueret virtutibus, sexum foemininum exornantibus, admodum conspicua,
ac illibata illa coelesti beatitudine perfruitur. Restat hinc, ut & meas nunc expleam partes,
ultimoque & amoris & pietatis officio, in commemorandis iis, quae circa morbi sane rebellis
ac funesti genesin & decursum obseruata sunt, breuibus fungar.*

*Correpta etenim fuit pie defuncta, ante nonnullorum hebdomadam decursum Fe-
bri, quae pluribus familiaris fuit Catarrhali, qua prius aliquatenus sopita, mox pectoris op-
pletionibus, tussi consulsua ac inde subsequitis virium deiectionibus ita fuit excruciat, ut argu-
te satis indicauerit, rem amplius naturae nequaquam relinquendam, sed ad artis praesidia
magis esse fugiendum.*


*Egomet itaque in auxilium vocatus, aegrotam misere decumbentem, & non Ca-
tarrhali amplius, sed Febri quotidiana continua grauius laborantem, deprehendi, ita, ut
animi viribus tamen aliquatenus adhuc valere, eo attamen magis Corpore iam iam langu-
escere videretur. Processit etiam eo vehementiae haec desperata morbi conditio, ut licet in-
terdum (ad febrem tanquam primarium morbum, appropriatis cum respicerem remediis, cum-
que in symptomatibus sopiendis occuparer) repressa videretur, haudque dubia restitutionis sae-
penumero affulgeret spes, nunquam tamen debellari penitus potuerit: sed breuibus hisce indu-
ciis pertinaciter potius spreto, febriles commotiones recrudescere, corporique ex morbi mole-
stia admodum iam extenuato, nouam vim inferre ceperunt; donec tandem, accedentibus haud
vanis febris malignae indiciis, morbi vehementia omnem elusit artem.*


Atque sic MATRONA OPTIMA, postquam annos LXXVI. men-
ses III., dies VII. viuendo expleuit, die VI. Martii a. c. circa horam
merid. XII. fato functa, vel potius spem adsecuta est, ad quam con-
tendit, corpore molestiis exsoluto, & nouissima die gloriose reprodu-
cendo: anima ad sempiterna coelitem domicilia gaudiaque statim trans-
lata. Ingens vero sui desiderium cum omnibus bonis reliquit, tum
maxime Filio, Fratri, Sororibus, Adfina, ceterisque propinquis,
quos discessus Beatae deprimit & excruciat. Mitiget dolorem AL-
TISSIMVS, succurrat afflictis Spiritus & verbi consolationibus, casum-
que acerbum, in quem demissa est FAMILIA SPLENDIDISSIMA,
copiosa benedictione compenset! Nos, Ciues A. O. O. H., vt, reli-
gionem & pietatem, curae cordique nobis esse, testatum faciamus,
MATRONAE pie defunctae memoriam intra nos custodiamus, cum-
que ad senium BEATAE paucissimi adscendant, id tempestiue aga-
mus, vt aduersus inexpectatos euentus sapienter instructi, hora vlti-
ma non obruamur, aut opprimamur, sed finem reportemus fidei no-
strae, salutem animarum.

P. P. SUB SIGILLO RECTORALI.

A. C. MDCCCXLIII. d. xv. Martii.

✠) : (0) : (✠





LBMV Schwerin 33
000 195 545





totam ideo spem immortalitatis relinquit. PLATONEM saepi-
 sse se, confirmat, sed, addit, nescio quo modo, dum lego, assentior:
 librum & mecum ipse de immortalitate animorum coepi cogitare, as-
 nis illa elabatur. Miseros gentiles, qui exigua & pertenui, imo
 opemodum vitae post hanc vitam spe ducuntur! Temerari-
 prudentes homines, qui in ratione & intelligentia, in solertia
 cacitate sua triumphant, quae subinde illos destituit aut delu-
 e in praecipuis, summique momenti veritatibus haeret, quo se
 nescia, saltem nil certi constituens & definiens! Felices nos
 os, qui per consolationem scripturarum spem Rom. XV. 4. pro-
 mque vitae praesentis & futurae 1 Tim. IV. 8. habemus! Bene-
 EVS & Pater Domini nostri IESV CHRISTI, qui iuxta mul-
 n misericordiam regeneravit nos in spem viam per resurre-
 IESV CHRISTI ex mortuis in haereditatem incorruptibilem
 culatam & immarcessibilem, servatam in coelis in nos. Qui
 item DEI custodimur per fidem in salutem paratam, vt reue-
 extremo! 1 Petr. 1. 3. 4. 5.

fuit per DEI gratiam, vixit & obiit, cuius su-
 haec scriptio dicata est, Matrona praenobilis-
 a, Domina ANNA, ortu KORTHOLTEN,
 Reuerendi, Amplissimi atque Excellentissi-
 CHIMI LINDEMANNI, Philos. & S. Theol. D.
 hys, Profess. P. O. famigeratissimi, ad D. Mariae
 ni vigilantissimi, relicta Vidua, quae decimo
 liores abiit. Tanta BEATA cum maiorum,
 & adfinium enitet laude, tum propriae virtutis,
 ex se natae eminet gloria, quam condigne recen-
 nec plagulae permittit spatium. Primae tantum
 ssunt, & praecipua quaedam capita summatim ad-
 Edita est in lucem A. MDCCCLXVI, d. XXVII, Nouem-
 TREMQVE venerata CHRISTIANVM KORT-
 de Ecclesia Euangelica ore, opere, scriptisque
 los. & Theol. Doctorem, initio Graecar. Litter.
 ff. P. O., vt docet *Etwas von gelehrten Rostock-*
CXXXVII. p. 411.; post inclutae Academiae CHRI-
 FINAE Profess. Theol. Primarium, Procancellar-
 finem Pro - Rectorem Magnificum, A. MDCCXCIV.
 am. Theologi huius consummati memoriam Pro-
 Acad. Kiloniensis Programmate; JOACH. LIN-
 ff. Rostoch., beati gener, Oratione panegyrica;
 ERKOP, Ecclesiastes Kiloniensis concione fune-
 tam copiose & luculenter persecuti sunt, vt
 noua supersedere queam. Instauratam eam le-
 529. sqq. MATREM exosculata est Beata AN-
 EN, Rostochii & natam & KORTHOLTO A.
 vi. April. matrimoniali foedere coniunctam. A-
 fuit HENRICVS KIRCHOFF, Duisburgensis,
 em fixerat, inter aevi sui ielues & negotiatores
 s. AVIA MATERNA fuit ANNA, Filia CLAVS
 & Cereuisiarii Spectatissimi, vidua HELMERS,
 HELMERI, ex quo suscepit MARGARE-
 TAM,

